



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX**

In S. Gregorij Papæ festo; vt in festo S. Nicolai.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

*Apocal. 21.* hic semper molliter, delicate, voluptuose vixisse. O si possemus vel ad extenuum spacium videre miserias, quas modo patiuntur, semperque pati co-  
gentur, fortassis melius nobis prospiceremus. Quantum hic in delitiose  
re, tantum iam illic sentiunt luctum & tormentum. Sed hæc nisi Deus vi-  
stris in cordibus operetur, nos sermone nostro parum proficiimus. Tam  
multa dicuntur, leguntur, audiuntur, horrenda, tremenda, paucula, &  
*Ioan. 10.* tamen nos semper iudicemus permanemus, semper eodem in luce haeremus.  
*Ioan. 15.* Quod utinam videat, & pro sua ineffabili benignitate miserescat Deus ac  
Dominus noster, qui, ne in æternum periremus, animam suam posuit pro  
nobis, nihilque expectat magis, quam ut à virtutis auerſi, & ad ipsum conuer-  
ſi, faciamus quæ præcepit nobis, sicutque mereamur esse amici sui, & quo-  
quid petierimus in suo nomine impetremus, ad laudem & gloriam iphius,  
Amen.

IN FESTO SANCTI GREGORII PAPÆ  
require omnia supra, in Festo scilicet S. Nicolai Episcopi.

IN FESTO SANCTI BENEDICTI ABBATIS  
& confessoris, epistolæ huius Festi Paraphrasin re-  
quire supra in Festo Sancti Antonij  
Abbatis.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM FESTI.  
*Luce duodecimo.*

**Q**VVM multa sint aduersus vitia valde efficacia & opportunaremo-  
dia, nullum tamen ferè tantam videtur habere vim & energiam, ut  
incertissima mortis hora. Ad eam prouidendam hortatur nos Dominus in Euangelio diei istius. Quid enim tam stultum, tam temerarium, tam  
impium esse queat, quam quum certus sis te brevi euocandum ex hac vita &  
rapiendum ad tribunal æquissimi iudicis, tamen nihilominus ea perpetrare,  
qua te faciant æternæ damnationi obnoxium, & reum iudicij æterni? Eg-  
o vel sola mortis ambigua sedula & seria cogitatio potest hominem abunde inducere, ac permouere ad deserendam seculi iniuritatem, & secundam  
iustitiam. Videmus, & certissima discimus experientia, innumeros in ipso  
ætatis flore, in ipso fortuna arridentis prosperrimo statu rapi subito ex hac  
luce: & quia sceleribus obstricti sunt, nec spacium penitendi eis præstatum  
est, mergi in inexplicabiles & immanissimos semperque duraturos cruciatus  
inferorum. Quæsio non potest hoc totis nos concutere visceribus, ut non au-  
deamus vel ad momentum iaceret in quo quis mortifero crimine, ne & nobis  
eueniat tam horrendus & inopinatus exitus? Sed quid agimus, quando ple-  
rosque sic fascinat peccandi fallax & cæca libido, ac amarissima dulcedo, ut  
nolint quicquam unquam cogitare de virtutib[us] huius breuitate: sed adeo toto  
se dent præsentibus gaudijs & voluptatibus, quasi in ijs semper sine victuri?  
Videant illi obsecro, & animum aduertant ad amantissima Saluatoris consilia & præcepta, audiantque cordis & corporis auribus ipsum fidelissimum ad-  
monentem atque dicentem:

Sint.